Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26131
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Terra ergo cum nascentibus ex ea me
tallis et animantibus et pulchritu
dine uestium et oblectationibus
ciborum et his que ad hec pertinent
non diligi precipitur. sed proximis
propter quem hec omnia facta sunt
amari iubetur. Hec enim omnia
predicta uelut non mansura
ad celestem patriam pergentes co
mitari nequeunt. proximi uero
uelut mansuri regis coheredes.
semetipsos licenter inuicem dili
gunt. Quod ergo semper in mun
do non manet. cum mundo ed
pariter deficiet. Ipse mundus
non amari imperatur. proximus
autem qui est pars regni celestis
in terra interim a regni celorum ap
petitoribus. non incongrue amatur.
dum in summa illa patria in eter
num coheres habebitur. Propterea
uero mundus presens non diligi
imperatur. ne ad ei dilectione ali
enus seculi dilector quisque efficiatur.
Hergo debet contendi. quod non
licet amari. Igitur xpianus no
minis xpi similitudinem tenet.
morum similitudinem habere debet.
Xpianus enim recte nemo dicitur.
nisi qui xpo moribus coequatur.
De xpo uero per propheham ita descri
bitur. Ecce puer meus quem elegi.
electus meus complacuit sibi in
illo anime mee. ponam spiritum meum
super eum. non contendet. neque
clamabit. neque audiet aliquis
in plateis uocem eius. Ecce xpc non
contendit. neque clamauit. et tu
si morum xpi similitudinem retine
re cupis. ne contendas. ne abu
siuus in ecclesia xpi existas. Suis
enim sectatoribus xpc precepit.
Nolite uocari rabbi. unus est enim
magister uester. qui est xpc. et pa
trem nolite uocare super terram.
unus est enim pater uester qui in celis
est. Omnes enim uos fratres estis. quibus
ad supplicandum imperauit dicere.
sic autem orabitis. Pater noster qui es
in celis sanctificetur nomen tuum.
Frustra enim patrem pater contendit.
in terra. qui patrem et patriam
profitetur habere se in celo. cuius
possessor nemo efficitur. nisi qui